



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Sententia Diffinitiva Per Reverendissimum In Christo
Patrem Et Amplissimum Dominum D. Hieronymum
Archiepiscopum Rossanensem, Apostolicæ sedis Nuncium
cum potestate Legati de latere ad Imperatoriam ...**

Verallo, Girolamo

[Köln], [1546]

VD16 V 578

urn:nbn:de:hbz:466:1-35114



Th. 1440a.

1. Caroli V edictum ꝛ. novatores, Worms 1521
2. — — — — — Lufpflur die Cöluen den
Sudz. Rod. Lonn zu blieben C. 1544,
3. Lufftanns Ordispanilun des Cuxilnals zu C. 1544
4. Inffalben nennenthal den Cuxilnalt, die
Jandicanalen abzuruffen, mit
des Kon Anknunft.
5. Appellatio Coloniensium in C. Reliq. 44
6. des Cuxilnalt den die Cuxilnalt. 25 Oct. 44,
7. Citatio Imperatoris ꝛ. Archiep. Col. 45
8. Appellatio Archiepiscopi,
9. Citatio Curia Rom. ꝛ. Archiep.
10. Responsio cleri Col ꝛ. Appel. Archiep.
11. Caroli V. Inffalben die Cöluen
12. Jo Cochlens ad Capit. col. 1. Aug 45.
13. Herrn Archiep. ad Wormatenſes
14. idem ad Imp. Carolum V.
14. Cochlens pro Poffensi et Thoma
Moro
15. Cuxilnalt zu C von den den den den den den
8 Aug 45
16. Inffalben den die Inffalben den den den den
17 Nov 45

Die alte Nummerierung ist falsch.
Insgesamt 30 Stücke.
Se. Meißner, Bonn
April 1857

17. Act. Decapitalz. C. protestat
contra die litteras Ludw. 7 Dec. 45

18. Sententia Nuntii ap. pro
Capitulo V. Decasum.

19. Zapiski die diei mullijm
Pavuta seu die Decapital
nad die diei Oubmud.

SENTENTIA DIFFI
NITIVA PER REVERENDISSIMVM IN
CHRISTO PATREM ET AMPLISSIMVM DOMINVM D. HIE

*ronymum Archiepiscopum Rossanensem, Apostolica sedis Nun-
cium cum potestate Legati de latere ad Imperatoriam Maieſt.
&c. pro Reuerendis, Illuſtribus & uenerabilibus dominis,
Subdecano & Capitulo Eccleſiæ Coloniensis, contra
eiufdem Eccleſiæ Decanum & ſuos complices
aduerſarios lata & promulgata.*





IERONYMVS VERALLVS,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA Archiepiscopus Rossanensis, ad serenissimum principem Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, ac quaecumque illi ratione sui patrimonij quomodolibet subiecta dominia, necnon ad uniuersam Germaniam sanctissimi domini nostri Pauli Papae tertij, & Apostolicae Sedis Nuncius, cum potestate Legati de late-

re, uniuersis & singulis praesentes literas siue praesens publicum instrumentum inspecturis, uisuris, lecturis pariter & audituris, salutem in domino. Noueritis, quod pridem pro parte uenerabilium, illustriū & egregiorum uirorum, dominorum Subdecani & Capituli Metropolitanae Ecclesiae Coloniensis, Supplicationis siue Commissionis papyri quaedam schedula praesentata & exhibita fuit, quam diligenter illius circumstantijs consideratis admisisimus & manu nostra subscripsimus, causamque & causas inter partes in eadem contentas, audiendas, cognoscendas, & sine debito terminandas uigore facultatum nostrarum in nos assumpsimus. Cuius quidem Commissionis papyri schedulae tenor sequitur, & est talis: **REVERENDISSIME** domine, exponitur humiliter Reuerendissimae dominationi uestrae pro parte deuotorum illius oratorum Subdecani, Canonorum & Capituli Ecclesiae Coloniensis, quod licet Henricus ex Comitibus à Stolberg et Weringenrode, Decanus Ecclesiae Coloniensis, tam secundum iuris communis, quam statutorum dictae Ecclesiae dispositionem, & articuloꝝ à se tempore electionis suae promissorum & iuratorum, sibi que pro parte eorundem oratorum rursus insinuatorum, fuerit obligatus iura & consuetudines praedictae Ecclesiae, seque infra tempus ad hoc praefixum in sacerdotem promoueri facere, & officium sibi incumbens debite exercere, & personaliter in Ecclesia Coloniensi residere, necnon Capitulum generale, non ubiuis locorum, sed in Ecclesia Coloniensi (cui personaliter interesse obstrictus) consuetis temporibus celebrare, nec ad aliam Ecclesiam infra ciuitatem Coloniensem constitutam, quamdiu huiusmodi Capitulum durauerit, se transferre: nihilominus tamen idem Henricus, qua praesumptione ductus, nescitur, praemissis omnibus & singulis manifeste contrauenire non est ueritus nec ueretur, per quod ipse tam memoratorum statutorum autoritate, quam praetactorum articuloꝝ uigore, suspensionem ipso facto, tam notorie etiam incidit, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, debeatque
ob

ob id omnibus & singulis, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus
& obuentibus uniuersis p̄dicti Decanatus carere, ac ab omnibus &
singulis actibus Capitularibus, iuxta eorundem statutorum & articu-
lorū tenorē, exclusus esse. Simili modo cū domini Iacobus Wilt ex
Rhenicomitibus, Fredericus ex Comitibus à Weda, Christophorus
ex Comitibus de Oldēburg, tā pro se q̄ domino Richardo ex ducibus
Bauarię, necnon Philippus ex Comitibus in Valckenstein cū præfato
Henrico Decano, & uice uersa ipse Decanus cū eis conspirando, cōtra
dictā Ecclesię Colonięsis consuetudinē, Capitulū generale in Ecclesia
p̄dicta ad festum B. Margarete uirginis celebrari consuetum, & per
eos antiquo more celebratū, per temerariam & de facto præsumptam
translationem eiusdem in oppidum Bonnense, modis omnibus impe-
dire sategerint, necnō etiam ibidem Conuenticulam cōtra iamdictum
generale suum Capitulum collegerint, sibi insuper titulum & nomen
Decani & Capituli (eundē titulum sibi apud Ecclesiā residentibus, &
uerū dictę Ecclesię Capitulū rēpresentantibus) subtrahendo arrogauerint
& asseripserint) & super hæc oīa in eadem sua Conuenticula ueriti
non sint, à pia, sancta & necessaria Appellatione sua pro Religione
Catholica conseruanda, ad sanctam Sedem Apostolicam dudum ritē
& legitimē interposita, & per eandem Sedem recepta, omnibus & sin-
gulis actis & actitatis & processibus quibuscunq̄, huiusmodi Appella-
tionis occasione quomodolibet factis & secutis, ac in posterum secu-
tūris, ad Archiepiscopum Coloniensem, à quo iamdictam Appella-
tionem ad sanctissimum dominum nostrum & Sedem Apostolicam
interponere sunt coacti, & sic ad inferiorem, & in hac causa partem ad-
uersam, necnon ad quoddam (ut uocant) liberum, Christianum & ge-
nerale in Germania celebrandum Concilium, uel si id haberi non pos-
sit (quasi scilicet præsens Tridentinum Concilium pro tali habendum
non sit) ad nationale aut Imperialem conuentum, contra se & Eccle-
siam suam friuolē prouocare, ac talem suam prætentam Appellatio-
nem sibi etiam insinuare, seq̄ in causa præmissa tam pia & sancta ab-
oratorum consortio separare duxerint, ac talia ante & post præscri-
ptę Appellationis suę prætentam interpositionem committere, obq̄
id eos in excomunicationis & alias sententias & censuras Ecclesiasticas
& pœnas, etiam suspensionis maioris ipso facto & tam notoriē
incidisse constat, ut nulla tergiuersatione celari, aut aliquo iuris sus-
fragio excusari possit. Verum Reuerendissime domine cū præ-
missa maximi sint momenti & considerationis, agaturq̄ de sacro-
sanctę Christianę Catholicęq̄ Religionis & Apostolicę Sedis auto-
ritate, & obedientię conseruatione, & horribilis discriptionis Capis-
tuli

A ij tuli

culi præfatorum oratorum, necnon etiam periculose cõmunionis euítatione, super quibus autoritate Apostolica salubriter prouidere ad officium D. V. Reuerendissimæ sibi per sanctissimũ dominũ nostrum in iunctũ, imprimis spectat. Dignetur igitur eadẽ D. V. Reuerendissima causam & causas, quã & quas præfatus Subdecanus, Canonici & Capitulum habent & mouent, habereq; & mouere uolunt & intendunt, cõtra & aduersus præfatos Henricũ Decanũ, aliosq; p̄scriptos sibi adherentes & adhæsuros, tam in decreto q̄ executione citationis de super de cernendæ, & in ualuis dictæ Ecclesiæ Coloniensis seu domibus habitationum suarũ exequendæ nominãdos, de & super statu torum & iuramentorum dictæ Ecclesiæ Coloniensis obseruatione, illorumq; cõtra uentionibus, necnõ in nouationibus, & alijs super ijsdem & eorũ occasione latius deducendis, cum omnibus & singulis suis incidẽtibus, dependẽtibus, emergẽtibus, annexis et cõnexis in se assumere audiẽdas, cognoscẽdas, decidẽdas, & sine debito terminãdas, dictosq; Decanũ, & eius sequaces & adhærẽtes, constituto de assertis, quatenus opus fuerit, corã Reuerendissima D. V. compareãt, ad uidendum & audiendũ se in sententias, censuras & pœnas prædictas in dictis statutis & consuetudinibus & articulis contentas damnabiliter incidisse & incurrisse declarari, aggrauari, reaggrauari, interdici, usq; ad brachiũ seculare inclusiuẽ procedi, omniaq; alia & singula in præmissis, & circa ea necessaria et oportuna, fieri, exequi et publicari, infra aliquẽ competentẽ terminũ citare, sibiq; pariter de nihil ulterius contra p̄fatos oratores, Capitulum & suam Ecclesiã attentando seu innouãdo, sub excõmunicationis & alijs sententijs & censuris Ecclesiasticis, etiã mille ducatorũ auri de camera ipso facto absq; alia declaratione de super faciẽda incurrendis pœnis inhibere, nõ obstantibus felicis recordatiõis Bonifacij Pape octauis de una, & Concilij generalis de duabus dietis, alijsq; cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, stilo palatij, Cancellariæ Apostolicæ regulis, quodq; causa seu causæ huiusmodi non sint forsan ad Reuerendissimam D. V. legitimẽ deuolutæ & coram eadem tractandæ & finiendæ, cæterisq; contrarijs quibuscunq;: statum & merita causæ & causarum huiusmodi, ac omnium & singulorum aliorum hic necessariõ quomodolibet exprimẽdorum tenores & formas pro expressis habẽtes. Huiusmodi nanq; Commissio manu nostra ita est subscripta: Concessum, ut petitur. Hieronymus Archiepiscopus Rossanẽsis Nuncius. Datũ Mechliniæ, Cameracensis Diocesis, quarto decimo Calendas Nouẽbris, Pontificatus sanctissimi domini nostri Pauli Pape tertij anno undecimo. **CVIVS QUIDEM Cõmissionis uigore, citatione legitima unã cum inhibitione inserta præfatorum domino**

mino

minorū Subdecani, Canonicorum & Capituli Ecclesie Colonienſis in
præinſerta Cōmiſſione principaliter nominatorū per nos decreta atq;
conceſſa, illaq; unā cum illius executione iuxta præinſertæ Commiſ-
ſionis uim, formam & tenorem debitè facta, per prouidum uirum ma-
giſtrum Franciſcū de Prado Calderon, Clericum Palentinēſis Dice-
ceſis, ſupradictorum dominorum Subdecani & Capituli Syndicum
ſiue procuratorem (prouit de ſuo Syndicatus ſiue procurationis man-
dato legitimam fecit fidem) coram nobis iudicialiter comparentē fa-
cto & in ſcriptis exhibitis atque productis, & deinde pro uerificatione
præinſertæ Commiſſionis ſiue Supplicationis nonnullis & diuerſis iu-
ribus & munimētis pro ſe partibusq; ſuis, contra & aduerſus quos-
dam Henricū ex Comitibus de Stolberg & Weringerode Decanum,
necnon Iacobum Wilt ex Rhenicomitibus, Fredericum ex Comitibus
de Weda, & Chriſtophorum ex Comitibus de Oldenburg, Cano-
nicos dictæ Eccleſiæ Colonienſis ex aduerſo principales, ſimiliter exhi-
bitis atq; productis; Nos conſequēter ad prouidi uiri magiſtri Step-
hani Praets, Clerici Barchmenēſis, procuratoris dictorum dominorum
Subdecani & Capituli per eundem magiſtrum Franciſcum procura-
torem principalem apud acta cauſæ legitimè ſubſtituti inſtantiam, ſu-
pradictos ex aduerſo principales, omnesq; alios & ſingulos ſua cōmu-
niter uel diuiſim intereſſe putantes, eorumq; procuratores, ſi qui tunc
erant in hac Curia Cęſareæ Maięſtatis pro iſdem ad dicendum & ex-
cipiendum contra iura producta, & uidendum iurare teſtes ſuper illo-
rum recognitione, quatenus opus eſſet, uidendumq; & audiendum ſe
& eorum quemlibet in ſuſpēſionis & alias ſententias, cenſuras & pœ-
nas in eos à iure ac aliās inflictas, ratione & ob cauſam contrauentio-
nis ſtatutorum Capituli eiufdem Eccleſiæ Colonienſis, & innouatio-
num per eos contra eadem ſtatuta factarum, incidiffe & incurriſſe de-
clarari, & per nos ſententiam noſtram de ſuper ferri & promulgari in
cauſa huiuſmodi per edictum publicum, & affixionem in ualuīs hoſpi-
tij ſolite noſtræ reſidētiae, citari fecimus & mandauimus ad certū com-
petentem terminum. Quo quidem termino adueniente, comparuit in
iudicio coram nobis magiſter Stephanus Praets procurator prædi-
ctus, nomine, quo ſuprà, procuratorio, & dictorum citatorū non com-
parentium contumaciam accuſauit, ipſosq; contumaces reputari, &
in eorum contumaciā iuribus aliās pro parte ſua, ut præmittitur, exhi-
bitis atq; productis, repetitis & illis per fidedignos teſtes recognitis,
quanto melius poruit & debuit, concludens in cauſa & cauſis huiuſ-
modi ſententiā diffinitiuā pro ſe, partibusq; ſuis prædictis, & contra di-
ctos ex aduerſo principales iuxta & ſecundū ſchedulæ per eū exhibitæ

A iij formam

formam & tenorem ferri & promulgari debita cum instantia postulas-
uit. Nos tunc supradictos Henricum Decanum, Iacobum, Frederic-
cum & Christophorū, eorumq; procuratores, si qui essent, in hac Cui-
ria non comparentes, reputauimus meritò, prout erant, iustitia sua-
dente, contumaces, & in eorum contumaciam unà cum dicto Stepha-
no procuratore concludente, & concludi petente, in causa huiusmodi
conclusimus, & haberi uolumus in eadem pro concluso, necnon uisis
per nos primitus & diligenter inspectis omnibus & singulis actis, acti-
tatis, literis, scripturis, processibus, privilegijs, instrumentis, iuribus
& munimentis, & testium depositionibus in huiusmodi causa quomo-
dolibet habitis & factis, exhibitis atque productis, ipsisq; cum diligen-
tia & maturitate debite recensitis, de Iurisperitorum consilio & assen-
su, quibus de ipsius causæ meritis relationem fecimus plenariam & fia-
delem, ad nostram diffinitiuam in huiusmodi causa in scriptis ferendam
& promulgandam sententiam procedendum duximus atq; processimus,
eamq; per ea, quæ uidimus & cognouimus, ac de præsentibus uide-
demus & cognoscimus pro dictis dominis Subdecano & Capitulo &
contra & aduersus Henricum Decanum, necnon Iacobum, Frederic-
cum & Christophorum prænominatos ex aduerso principales, con-
tumaces in his scriptis tulimus & promulgauimus in hunc, qui sequitur,
modum, uidelicet: **IN CAUSA** coram nobis Hieronymo Ver-
rallo, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopo Rossanensi, ad fe-
renissimum principem dominum Carolum Romanorum Imperatorem,
ac uniuersam Germaniam sanctissimi domini nostri Pauli, diuina pro-
uidencia Papæ tertij, & Apostolicæ Sedis Nuncio cum potestate Lea-
gati de latere, iudice & executore causæ & causarum ac partium infra-
scriptarum à Sede Apostolica uigore nostrarum facultatum nobis ab
eadem Sede concessarum, per & inter uenerabiles, illustres & egregia-
os dominos Subdecanum & Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Co-
loniensi impetrantes ex una, ac dominos Henricum ex Comitibus de
Stolberg & Weringerode Decanum, Iacobum Wilt ex Rhenicomia-
tibus, Fredericum ex Comitibus de Weda, & Christophorum ex Co-
mitibus de Oldenburg, se opponentes Ecclesiæ Canonicos, de & su-
per contrauentione dispositionis, tam iuris communis, quam statuto-
rum & consuetudinum dictæ Ecclesiæ per dictos opponentes respec-
tively iuratorum, & incursione censurarum & pœnarum inibi contem-
tarū & expressarū, rebusq; alijs in actis latius expressis indecisè uer-
tibus & pendētibus, uisis & diligenter examinatis & pensatis actis &
actitatis, iuribus, instrumentis, alijsq; probationibus coram nobis pro-
ductis & factis, **CHRISTI NOMINE** inuocato pro tri-
bunas

bunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram
sententiã diffinitiuã, quam de Iurisperitorum consilio pariter & as
sensu ferimus, in his scriptis pronunciamus, dicimus, decernimus &
declaramus, præfatos Henricum Decanum, Iacobum, Fredericum &
Christophorum, Canonicos ob notoriã contrauentiõẽ iuris com
munis, statutorum ac consuetudinum memoratæ Ecclesiæ, articulo
rumq; suorum tempore receptionis ad dignitatem & Canonicatus su
os iuratorum, pœnam suspensionis damnabiliter incurrisse & incidis
se, & propterea à Capitulo, necnon à perceptione omnium & singulo
rum, iurium, fructuum, reddituum, prouentuum, & obuentionum,
dictorum Decanatus & Canonicatum suorum, seclusos esse, & se
cludi debere, quos & pro suspensis teneri & haberi ab omnibus man
damus, & in præsentis litis expensis condemnamus, quarum taxatio
nem nobis in posterum reseruamus. Quæ quidem sententiã nostra ita
manu nostra propria reperitur subscripta: Ita pronunciaui ego Hiero
nymus Archiepiscopus Rossanensis Nuncius. **L E C T A**, lata &
in scriptis promulgata fuit hæc nostra præinserta diffinitiuã sententiã,
per nos Hieronymum Archiepiscopum, Nuncium Apostolicum præ
dictum Traiecti in ædibus & camera hospitij nostræ solitæ residen
tiæ ibidem pro tribunali sedentes, sub anno à natiuitate domini milles
simo, quingentesimo, quadragesimo sexto, Indictione quarta, die qui
dem Veneris, octaua mensis Ianuarij, Pontificatus eiusdem sanctissi
mi domini nostri Pauli Pape tertij anno duodecimo: præsentibus ibi
dem discretis uiris Ioanne Baptista de Domino, & Bartholomæo Eras
mi de Cesis, Romane urbis & Spolitanensis Dicecesis, testibus ad præ
missa uocatis specialiter atq; rogatis.


Et ego Ludouicus Alemanus, Clericus Bisuntinensis Dicecesis, pub
licus sacris Apostolica & Imperiali autoritatibus Notarius in Archi
uio Romanæ Curiaë descriptus, & huiusmodi causæ scriba: Quia
supradictæ sententiæ diffinitiuæ pronunciationi, alijsque præmissis
omnibus & singulis unã cum supradictis testibus interfui, ideo præ
sens publicum Instrumentum manu alterius fideliter scri
ptum exinde confeci, subscripsi, signaui & publi
caui, in fidem præmissorum desu
per rogatus.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

10

4







E
189

XVII

Th

1440a